

1978

L

1823

17. De.

U. a. 11

Libb. med. 4. fo

~~24.~~ 16. V.

1

an 10

PHYSIOLOGICES
Disputatio XII. ac vltima,
DE SANITATIS
DOCTRINA.

Anno à Christiparæ virginis partu 1591.
Conscripta à
IOANNE VVERNERO D. REVE-
rendissimi Capituli Halberstadiensis, ac
urbis ipsius, Medico.



HELMSTADII
Ex Officina Typographica Iacobi Lucij.
Anno M. D. XCI.

AK



REVERENDIS

NOBILISSIMIS VIR-

TUTIS SPLENDORIBUS PRAESTAN-

tissimis Dni Gasparys Kapnaberger D-

cano, Dni Joannis Breyker, Dni Joachimo

Joanni Georgio & Schulerburg, Eschele-

ntis Cathedralis Halberstadensis Capitulis ac

CLARISSIMIS EXCERPTISSIMIS

SIMIS VIRIS DNI D. PETRO A VEE-

HE R. euerendis ac Illustris Ducis Dni Hen-

rici Julij postulati Halberstadensis Episcopi Ducis Brun-

swicensis ac Lüneburgensis Castellani & Dni D. Thobis

Parnassero eiusdem Capituli & Dni D. Domicis ac

patronis omnium hinc ac inde in

colendis

Dicato ab antore

Cic & eleganter Cicero & offic-

indur: Valendo corporis in

salutaribus ad vitam

opelle: Dni D. V. C. Philo

A 2





REVERENDIS,
NOBILISSIMIS, VIR-
TVTIS SPLENDORE PRAESTAN-
tissimis viris, Dn. Casparo à Kanneberch De-
cano, Dn. Ioanni à Breyzken, Dn. Ioachimo
Ioanni Georgio à Schulenburgk, Ecclesiae
Cathedralis Halberstadiensis, Canonicis
primarijs, ac

CLARISSIMIS, EXCELLENTIS-
SIMIS VIRIS, DN. D. PETRO A VVEI-
HE, Reuerendis. ac Illustris. Ducis Dn. Hen-
rici Iulij postulati Halberstadiens. Episcopi, Ducis Brun-
suicensis ac Lunæburgensis Cancellario, & Dn. D. Thobiaë
Paurmeistero eiusdem capituli Syndico, Dominis ac
patronis omni fide ac obseruantia æternùm
colendis,

Dicata ab authore.



Citè & eleganter Cicero 2. offic.
inquit: Valetudo corporis susten-
tatur notitia, ac obseruatione eo-
rum, quæ aut prodesse soleant, aut
obesse: Qua voce Philosophus

A 2 prio-

priores artis Medicæ partes, *φυσιολογικῆ* ac *ὕγιαντικῆ*
est complexus, quarum illa subiecti Medici-
næ, hominis videlicet. Naturā ac constitutionē
indagat, hæc verò firmam eiusdem constitu-
tionem, certis Regularum legumq; formulis
ac ductibus custodit ac firmat. Verum in
φυσιολογικῆ adhuc nobis persistendum est, quàm
ut per summa rerum fastigia mediumq; tra-
ctum, ad calcem vsque deduximus: sic coro-
nidem hîc imponere voluimus ac debuimus.
Turpe quippe est in postremis pulcherrimisq;
deficere velle.

Vobis ergò, Reuer: Nobiliss: Clariss: Ex-
cellentiss: viri, hanc meam de sanitate institu-
tam disquisitionem, breuem quidem illam,
verum breuibus plurima complexam, præ a-
lijs dicare ac consecrare constitui: Vos enim
mihi video patronos, doctrinæ, virtutis, au-
thoritatis splendore conspicuos, quorum in
me animos conspexi quàm beneuolos. Qua
Thematum de Sanitate dedicatione, firmissi-
mæ sanitatis votum, precibus ad Deum fufis,
deferre ex animo cupio, quæ corporis sanitas,
si vestris R. N. E. vlteriùs, animæ salute adiun-
ctâ,

etâ, contigerit, quid à vestro vobis optetur
maius alumno?

Firma me spe sustento, vestras R. N. E.
fronte serenâ, mente beneuola, quæ humili-
mè offeruntur, accepturas esse. Quod si vide-
ro, eiusdem sanitatis LEGES legitima me-
thodo collectas, aliaq; aliquando in lucem
aspectumq; dabo. Iam R. N. E. vestras, Deo
sanitatis authori ac conseruatori potentissi-
mo, clementissimo, commendo: easdem me
sibi commendatum vt habeant, qua possum
subiectione, peto. Valet. Halberstad: Anno
à salutifero virginis partu, 1591. Mense O-
ctob:

R. N. E. V.

*Addictissimus,
observantissimus,*

IOANNES VVERNERVS D.

A 3

Rogan-

Roganti tibi & amicitiae iure imperan-
ti, morem gero, VVernere doctissi-
me, & promissum in assertiones tuas
Medicas, magis verò in ingenij tui molimina,
& animi imaginem, mitto carmen, minus
forfan elaboratum, quàm tu requiras, tale sa-
nè quale mei labores & aulicæ occupationes
admittebant, & tale quale animus noster, cui
iamdudum nullum cum istis Musis commer-
cium fuit, meditari potuit, forfan tamē tuo in-
stituto nō inconueniens, qui Dædali sapienti-
am & ingeniosos labores in ista iuuenili æta-
te, miro labore, mira industria ingenij tui, &
iudicij non aspernando conatu æmularis. Per-
ge ita, Deus tuo non deerit instituto, me per-
ge amare, & vale. Dat. Henricopol. ex arce
Guelphor:

Tuus ex animo

Arnoldus Freitagius D. Reuerendiss. ac Illustriss.

Ducis Dn. Henrici Iulij, postulati Halber-

stadiensium Episcopi, Ducis Brunswic.

& Lunab. Medicus.

Epi-

EPIGRAMMA.



*Ingenuo clarus, miranda Dædalus
arte*

*Ponit opus, clari meritis cognomina
facti,*

Ingenijq; alis petit ardua culmina rerum,

Dædala sed vincit naturæ munera tentans

Sectator Phœbi, dum sacras excutit artes.

Hoc dum Vernerus tentat petit impete cælum.

Arnoldus Freitagius D.

A L I V D.



Ic te Semipolis potens

Sic eius proceres, lucida sidera,

Saxonumq; colat Pater,

Æquans Ausonium numine Julium

Vernere, Aonidum decus

Excellens, anima dimidium mea,

Artis qui tibi creditas

Debes Pœonia terrigenis opes,

Reddas cottidiè precor

Mentis plura tuæ dogmata scrinio,

Auri lamina nil iuuat,

Si terræ maneat viscere condita.

Quid

*Quid sit viuida sanitas,
Quam natura opifex corporibus creat,
Acri iudicio doces.
Hac cum nil melius, nil preciosius
In terris homini datum,
Naturæ reserans iam penetralia,
Mentis viribus expedi,
Quo seruanda modo tam bona gazæ sit,
Ne tot millia febrium
Inuadant rapidis agmina viribus,
Nec mortis violentia
Hoc tantum miseris eripiat bonum.
Sic nutum, precor, ad tuum
Morbi precipitem corripiant gradum,
Sic mors inuideat tibi,
Regnatorq; Stygis, tristis & Atropos.*

Daniel Saxo M. Ludi Hemipolitani
ad D. Martinum Rector.

THE-

THESIS I.



*B*lementis, Temperamentis, Calido innato, spiritibus, Humoribus, partibus sensus simplicibus, partibus Instrumentis dictis, facultatibus, actionibus passionibus, physiologicè propositis, horum omnium nisu productum fœtum Physiologicum, Φυσιολογικῆς desiderium postremum, pulcherrimum, unicè unicuius optandum optatum obtentumq̄, seruandum suscipiendum, suscipiemus ac osculabimur. Quis sit, quæris, fœtus iste felicissimus.

II.

SANITAS, Naturalis Qualitas, actionibus salubriter obeundis apta.

III.

Qualitatem dum dico κατὰ σκεδὴν firmiorem infirmioremq̄, ad salubres tamen actiones producendum aptam, noto. Illam Habitum, hanc affectionem seu dispositionem leuiorem si dicas, haud longum abeas: utrum dixeris, bonum ac perfectum quid in suo genere dixeris.

IIII.

Sanitas consistit in conuenienti partium sensu simplicium κατὰ μέρος, ac decenti Instrumentorum διατάξει.

V.

Κεῖσθαι ἐστὶν qualitatū Elementarium ratio seu proportio conueniens sanitati.

VI.

Διάπλασις ἐστὶν membrorum corporis efformatio ad sanitatis κατὰ σκεδὴν.

VII.

Hæc consistit in membrorum corporis συμμετρίᾳ, ac eorundem συζυγίᾳ.

B

Membro-

VIII.

Membrorum corporis συμμετρία ἐστὶ ἡ αὐτὴ ἀναλογία, hoc
est, proportionis συμμετρησις, commensus.

IX.

Symmetria consistit in quantitate Membrorum Analoga, ac
eorundem σχηματισίᾳ ἀπτα.

X.

Quantitas Analoga, est quantitatis ad Sanitatem constitu-
tio legitima.

XI.

Hac vel penes magnitudinem vel numerum est.

XII.

Ἀναλογία penes magnitudinem est, qua in ipsa quantitatis
mediocritate est.

XIII.

Ἀναλογία penes nomen in conuenienti numeri constitu-
tione sita est.

XIIII.

Σχημάτισις ἀπτα figura naturalis dispositio est concinna.

XV.

Huius ἀναλογία vel penes cavitatem, vel superficiem est.

XVI.

Σχηματισίᾳ ἀναλογία penes cavitatem, iusta cavitatis am-
plitudo ac libertas est.

XVII.

Σχηματισίᾳ ἀναλογία penes superficiem in ipso asperitatis,
leuitatis, medio est.

XVIII.

Συζυγία salubris est ipsa membrorum coaptatio mediocris.

XIX.

Hac cum in membrorum situ, tum in connexu salubri con-
sistit.

Situs

XX.

Situs salubris in conuenienti membrorum positu delitescit.

XXI.

Connexus salubris continuata coaptataq; membrorum omnium unio est.

XXII.

Iam à natura prioribus, ad id, quod consequens est, progrediamur.

XXIII.

Age verò sanitatis essentia per definitionem ac partitionem perspecta, legitimasne sanitatis nobis species dabis? an saltem pro speciebus legitimis MAGIS ac MINVS quid iactabis? nihil minus: certè, nisi fallor, dabo species sanitatis.

XXIII.

At ais, Sanitas commoderatio est quod commoderatum, mediocre, medium est, unum est. Immoderata plura meritò dices. Non ergo sanitas species habet, sed infima species est.

XXV.

Falleris & fallis: Virtus commoderatio est, virtutisne essentia in mediocritate est? subiectasne nihilò minus species, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam admittit? salua res est.

XXVI.

Intelligas ergò ut nodum hunc soluas, Sanitatem quamcunq; haud dici exquisitè medium unum. At cum latitudine. Quod Galenus i. de Sanitate docuit disertè. Hinc omnis sanitas medium est: sed est etiam unicuiq; naturæ suum medium, ab alterius naturæ medio, re ipsa, specie, distinctum. Sic virtus omnis medium est. At differt medium in actionibus fortitudinis, à medio in actionibus liberalitatis. Iàm capis.

XXVII.

Iàm quod res exigit: Sanitatis essentiam constituimus in

B 2

conue-

conuenienti κρείσσ, ac salubri Δείπασι, illam calidi, frigidi, hu-
midi, sicci, commoderationem, si malis, attemperationem di-
cas, utrum dixeris, constabit pro substantiarum elementarium
proportione Temperamentum diuersum gigni: pro temperamen-
torum, in varijs, varietate, sanitatem specie, formâ specificâ,
distingui. Quippe quod huic Temperamento essentiam dat, non
est unum & idem cum eo, quod illi dat. Non enim unus & i-
dem est in omnibus substantiarum elementarium concursus. Sa-
nitas ergò infectilis non est, sed pro temperamentorum speciebus
diuersis multiplex est.

XXVIII.

Adde (sive κρείσσιν saltem, sive ipsam etiam Δείπασιν
spectes: nam & hæc pro κρείσσιν varietate varianda erat) quod
temperamentorum varietatem, varia operationum insequatur
perfectio, ut hæc sanitas ad has actiones commodior, ad illas in-
commodior sit. Quod tibi sanitas est, mihi morbus est, vel sal-
tem morbificum: tibi enim tua moderatio, mihi mea est, usq; a-
deò distincta, ut si tuum temperamentum, quod qualitatibus
pollet contrarij, puta frigiditate & humiditate, in me transtu-
leris, quod tibi sanitas erat, mihi pro sanitate morbum laturum
sit, quod tuis actionibus commodum erat, mihi catarrhosum,
somnialetum prorsus inutile erit. Hoc Galenus multoties, cum-
primis in arte Medica his verbis docet rectissimè: Est unicuiq;
homini sanitas illi propria.

XXIX.

Est ergò sanitas alia perfectior, alia imperfectior.

XXX.

Perfectior κατ' ἔξιν secundum habitum est. Et est vel με-
τ' ἰσότητος, vel ἀνευ μετ' ἰσότητος. Illa vel ἀπλῶς recipit, vel non
recipit. Quæ recipit vel sanitas perfectior secundum habitum
optimum, vel saltem secundum habitum bonum dici poterit. Illa
Hippocr: εὐεξία ἀπλῶς, hæc εὐεξία saltem dicta fuit. ἀνευ με-
τ' ἰσότητος est, quæ secundum habitum nudum est. Sani-

XXXI.

Sanitas secundum habitum simplicem est, quæ à priori præstantia leuiorem quendam recessum habet. Dico: leuiorem quendam recessum: ita ut nec doloribus cruciemur, nec ab actionibus deducamur. Nec enim functionum imbecillitas morbum statim notat, nisi hæc ipsa præter naturam cuiusq; existat.

XXXII.

Et est vel quoad κέρσιον, vel ipsam Δείπλᾶσιον.

XXXIII.

Sanitas ἐν κέρσιον leuiorem habens recessum intemperies est; vel simplex, vel composita. Simplex: calidior, frigidior, humidior, siccior. Composita: Calidior & humidior, calidior & siccior, frigidior & humidior, frigidior & siccior. Vtraq; vel æqualis est, vel inequalis: Æqualis est in qua partium omnium à priore εὐεξία ad intemperiem quandam lapsus est. Inequalis est, in qua vel his vel illis saltem partibus recessus obtingit.

XXXIII.

Sanitas secundum habitum ἐν Δείπλᾶσιον habens recessum est, si vel in ipsa membrorum συμμετεγία, vel συζυγία leuius quoddam erratum extiterit.

XXXV.

Sanitas imperfectior est affectio à perfectione priori ad lapsum ulteriorem procliuior, vel est sanitatis κατωσιδὴ inferior. Verum, si & huius & reliquarum constitutionum latitudinem in specie considerare cupias, Galenum sat copiosum legas.

XXXVI.

Nos hoc: Tantam sanitatis latitudinem esse, quanta sit distantia inter id quod perfectissimè functiones obit, & actiones manifestè oblesas edit.

Problemata.

Pulchritudo non est συμμετεγία, sed est qualitas ex ἰσνεγσία

B 3

ac Δείπ-

ac ἀγαθὰς salubri resultans. Symmetria enim tibi in tuo Re-
lationis predicamento est. Sic proportio qualitatum non est sa-
nitas, sed ex ijs, additis addendis, (non enim omittes salubrem
ἀγαθὰς) conflata certa qualitas. Dein: Symmetria satis à
sensibus haud apprehenditur, sed ipsum illud, in quo ea est. Pa-
tet à luce in coloribus cuius temperationis non solum oculus igna-
rus, sed ne intellectus quidem sat gnarus.

II.

Pulchrum aliud ἀπλῶς est, aliud ἔτι est, prius è seipso sa-
tis est, ad omnia, ubiq, semper, omninò potest oblectare. Hoc
solum Deus est, posterius hoc cuiquam est, aliqua ex parte est, ali-
cubi, aliquando est. Ad hoc mouemur ob unionis appetitum:
hic cietur à natura similitudine, vel manifesta, vel occulta: aut
ob priuationem: sic cibus famelico aureis pulchrior est montibus.
In utroq, unionis modo perfectio est. Vnitur enim suo quidq,
potiori.

III.

Cur oculus delectant pulchra? quia oculus ob intellectum
est: Intellectus ad beatitudinem: Beatitudo summi boni fruitio
est: Hoc autem pulcherrimum est. Hinc quod pulchrum non
est, est quasi non sit. Ergo quasi non bonum. Bonum verò Fi-
nis. Sic malum quasi non ens: quia abest ab eo, quod
potest adesse, aut debet, videlicet,

BENE.

Sic Disputationum Physiologicarum
finis esto.

GLORIA VERA DEVS.
GLORIA VERA DEO.

ac deinde ad salubritatem. Symmetria enim in se
latere per se habet. Sic proposita qualitas non est
vera sed ex se addita addenda. Non enim omnes salubres
symmetriae constantem esse qualiter. Eius symmetriae sunt
sensibus hanc apprehendunt. Sed ipsam illam in quo est. Pa-
ter a luce in coloribus cuius temperationis non solum oculis igna-
tur sed ne intellectus quidem sit gnarus.

II

Pulchritudo aliud a recte aliud est. primum scilicet sa-
lutis. ad omnia vero spectat. omnino potest abesse. Hoc
solum Deum est. postquam hoc enigmam est. aliquid ex parte est. ali-
quid aliquid est. Ad hoc movetur de rationis appetitum:
hic tenet a natura similitudine vel manifesta vel occulta: aut
de proportionem. Et tunc similitudo autem pulchritudo est monitum
in corpore. omnino modo perfectio est. Quare enim suo quod
potest.

III

Cur oculum delectat pulchritudo? quia oculum ob intellectum
est: intellectus ad beatitudinem: Beatitudo summi boni fruitio
est. Hoc autem pulcherrimum est. Hinc quod pulchritudo non
est. Et quod non sit. Ergo quod non bonum. Bonum vero sit
est. Sic quod non est. quod ab eo quod
potest abesse. aut abesse. pulchritudo.

B.N.E.

Sic Dispositionum Psychologicarum

Principia

GLORIA VERA DEO.
GLORIA VERA DEO.



78L 1823

ULB Halle
004 592 395


3



5b.







1

an 10

PHYSIOLOGICES
Disputatio XII. ac vltima,

DE SANITATIS
DOCTRINA.

Anno à Christiparæ virginis partu 1591.

Conscripta à

ANNE VVERNERO D. REVE-
rendissimi Capituli Halberstadiensis, ac
urbis ipsius, Medico.



HELMSTADII

Ex Officina Typographica Iacobi Lucij.
Anno M. D. XCI.

AK

